

18. Ico. **C**akib. **I**n vñis cibis vñdici. **I**mme
tñm sñmā. **I**n gñs apñ qñ. **E**t pñm qñ dñm
Thñg nñr mñ pñticipio corpø. **D**omi. **qñ.**
qñ vñs pñs or vñt cõmñ. **R**uñt sñm
qñc qñ de vñopanez a me aui. **P**artia
pñz. **E**nde usi. **S**ædñt mñm. **V**one qñ
dñm hñstas pñticipie. **F**atim. **D**uñg.
dic. qñ pñl pñdant tñt aui. **G**ut sñc
pñl sñt aliquæd. **E**n sñ vñm. **A**gñm
dñmñs vñvolant. **Z**ñm dñ. **F**reude
vñs sñce sñ. **I**demonios. **H**omptique mñc
dñm bñc. **T**hñg dñmñs. **R**on. **ru**
tyste mñs pñticipie. **G**ñ. **T**hñg
dñmñs. **T**hñg mñkam. **H**om. **T**hñg
fñtions. **U**ñ. **G**ñ. **D**omi. **L**ent sñm no
omna expñnt. **O**mnia. **M**erit. **F**u. **Q**uicqñ
rant. **E**thno qñ sñm qñ quic. **F**qñ. **A**ltu. **q**
Dñm. **N**o. **I**n mñallt vñt mñrñntu. **m**
hul. **M**uñtñs Appz. **C**onscñnt. **Z**est. **s**
tert. **P**lentias eus. **F**rmis. **q**u. **s**ent. **v**
mñfici. **U**. **A**l. **c**unt. **E**nt. **m**ñ. **q**u. **s**abig

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Xd. 28,

2. DISPUTATIONES
Institutionum Anatomicarum 19. & 20.

De
HUMORIBUS

ET
SPIRITIBVS

Quas
D. O. M. A.
SVB PRÆSIDIO

TOBIÆ KNOBLOCHII,

Marcobrettani Fr.; Med. & Phil.D.

*In celeberrima Witebergensium Academias
defendendas suscipiet*

Ioachimus Stotmeister

Magdeburgensis Saxo,


Ad diem 21. Novemb. horis & loco notis.

(60):(60)

VVITEBERG AE,

Typis Cratonianis per Iohan. Gorman.

Anno c15 15 CVI.



De Humoribus.

SVb veritatis includem ἡγεμόνη nostrarum hucusq; revocata sunt ex sententia Hipp. της ιχόντα seu continentia nobilissimæ pariter ac præstantissimæ humanæ fabricæ membra: reliquum est, ut continuata serie nunc quoq; ad τὰ ιχόμενα νῷ τῇ ιχομένῃ accessum faciamus.

Hipp.l.6. Epid. & l.de vet. med. Gal. de trem. rig. & convul.
Fernel.pathol.l.1.c.3. Laur.oper.anat.c.2.F.Valleriol.l.1.locor.c.12.
Laur.c.10.oper. Anat, Idem in præfat. Varol.l.4. Anat.c.2. Scalig.
exerc. o. sect. 5.exerc.250. & 287. Fr.Vales.l.2.controv.c.1. Plater.
in Tab. Fernel.l.2.phys.c.2.

C A P: I.

TΑὶ ιχόμενα vero seu contenta / interprete Gal.c.9. inter Her.
Isag. & Fern.l.1.path.c.3.). sunt omnia humida, quæ cum na-
turam habeant fluentem, & non cohærentem, in vasis per tota cor-
pora dispersa feruntur, ac eorum adminiculo sustentantur. Cuius-
modi sunt sum humores zum spiritus.

Avicen.Fen.l.1.doct.5.c.1. Petr.Aponens.diff.3g.Gal.7.in
Arist.l.de hist.anim.Magir.l.5.phys.c.7. Platero passim in tab.
Hipp.l.de morb. Avic.Fen.1. doct.4. & 7.c.1. Hipp.l. de nat.
humor. Scal.exerc.280.sect.2.

Sed priusquam ad definitionem humorum descendamus evol-
venda nobis est ὄμωσις vocabuli, ambiguitas enim omnis errori
affinis est, ut rectissime sensit acutissimus Scal.exerc.148.sect.4.

Sumitur itaq; nomen humoris quinq; potissimum modis 1. latissimè pro quoq; humido & fluido. 2. Ut pro qualitate qua ὕγεότης: vel pro substantia humida, quæ ὕγεια Gracis dicitur, quo etiam nomine, humores, in oculis contenti nominantur. 3. Pro primi genio humore, & sepè quoq; pro Elementari. 4. Pro solo sanguine nutriendo animali apto, exclusa urina, sudore, &c. Deniq; pro humore qui ex alimento in corpore productus, vel extra vasā, vel in ijsdrm detinetur, sive utilis sit, sive noxious, atq; de hoc in præsenti tractatione nobis fermo erit.

Hipp. l. de morb. ad initium & l. de nat. hum. Gal. q. de placit. Hipp. & plat. Item l. de ordin. & nat. corp. unius cuius. Fern. l. 2. de path. c. 1 g. Hipp. de morb. l. 4. sect. 5. Anton. Fumanel. l. de vin. temp. & facult. item l. de Rheumat. Gal. Clas. 4. de urina c. 2. 3. & 4. Hipp. l. de humor. Sect. 2. Varol. l. 1. anat. c. 4. Gal. de urin. c. 1. Magir. l. 5. phys. c. 7. Fern. path. l. 4. c. 16. Fern. l. 2. phys. c. 5. Fr. Vallerl. l. 1. locor. commun. c. 11. Avicen. Fen. 1. doct. 4. & 5. c. 1. Fern. l. 6. pathol. c. 8.

CAP. II.

In postrema itaq; significatione humorē acceptum definimus: substantiam humidam & fluidam, ex chylo vel in ventriculo, vel in Epate vel in venis genitam cum secundum naturam, & individui conservationem inserviens tum preter naturam, & valetudini, nisi excernatur noxiū.

Avic. Fen. 1. doct. 4. & 5. c. 1. Gal. l. d. cauf. morb. Hipp. l. de morb. it. l. de hum. Gal. 2. de El. Fer. ph. l. 6. c. 5. Fr. Vales. 6. l. 1. contr. c. 13. Hipp. l. de nat. hum. Fr. Valler. l. 1. loc. com. c. 11. Gal. g. de plac. Hipp. & Plat. item. 2. de Eth. Hipp. l. de morb.

Ut autem propositæ definitionis difficultatem enodemus eius cum partes diligenter ponderandæ, tum fundamenta paulò explicatius proponenda sunt. Definitur itaq; humor. 1. Substantia liquida & humor tanquā ex suo genere dupli proprietate limitato acrestricto

stricto ubi controversia, quæ Scaligero cum Cardano de hisce duabus proprietatibus intercedit silentio minime involvēda est, quare Scaligeri subscriptentes cum eodem concludimus, liquidum & humidū nō re nec ratione: Verū duntaxat usū aliquo modo differre invicē. vid. Scal. exart. 105. sect. 4. & Anton. Fuman. com. de vin. tēp. & fac. Exprimitur præterea primo hoc definitionis membro forma humorum, quæ est substantia humida & fluida, in quam alimenta actione naturæ transmutantur, velut habet Avicennæ definitio.

2. Definitur humor ex causis, inter quas primas sibi vendicat materia humorū proxima, quæ est Chylus, qui est succus candidus & ptisane & tremori non assimilis, elaboratus videlicet in vētriculo, magna vi eiusdē caloris ex alimento assumpto, cui etiā non immetitò acceptum referunt Medici 4. principalium humorū similitudinē & dissimilitudinē etiā si secus senserint Gal. 3. defac. nat. & Avic. cent. i. pri. canon. velut hoc apertissimis rationib. evicit Fern.

3. Subiiciuntur tria distincta subiecta, ratione triplicis concoctionis, cuius beneficio generatur & elaboratur humores, quos animaliū sanguine præditorum elementa esse statuit Gal. 2. de elem. Ventricle itaq; est subiectū primæ concoctionis. Epar 2. venæ in singulis mēbris 3. quā v. humores in qualibet concoctione perficiātur, suo dicemus loco. Modū generationis humorū q; attinet sequentia eū demonstrant. Nā postquā alimenta in ventriculū demissa sunt, & ibidē facta cōmixtione & concoctione chyli nomen meruerunt, emittuntur, & venarum Mēsaraicarum ope in jecur traducuntur, ex quibus postea succus fit, quē chymum appellant, quinō unius vel simplicis, sed 4. humorum qui tum ratione substantiæ, tum qualitate naturam primorum elementorum quodammodo sequuntur.

4. Deniq; in eadē quoq; definitione fit mentio duplicitis finis, tā humorū τροφίμων ηδονών & φυσικῶν. Nam cū alimentarij humores suas proprias sedes habeat ppter pituitā & sua propria tēperamenta, quib; pollēt una cū dotib; & peculiari usū obtineat. Excremētij v. suas respirationes p singulas partes corporis à natura attributas possideat

sanitatem ac optimum corporis statum tuentur. quam primum autem eorundem unus aut plures obstaculum aliquod patiuntur, continuo corrumpuntur & corpus molestissimis & gravissimis morbis afficiunt, sicut ea de re plura in specie dicturi sumus, ubi ad cuius quo humoris explicationem accessum ficerimus.

C A P. I I I.

Expedita humorum definitione, ex altera parte continuo se se nobis offert eorundem distributio, quâ eos in duas classes distribuimus, ita quidem, ut una harum humores secundum naturam, altera humores præter naturam contineat, ac sub se complectatur.

Hipp.de nat.hum.Gal.3. de plac.Hipp. & Plat.Fr. Vallerius.l.1.loc.comm.c.10. Fernel.l.1.path.c.1. Vall.l.1.cont.c.13.

Humores secundum naturam, qui ob id naturales etiam appellantur, sunt in animali, quod secundum naturam se habet: subdividuntur autem in τεφίψης καὶ θειτωματίνες, seu quod idem est, in alimentarios & excrementarios.

Fern.l.4.phys.3. Hipp.in l.de morb. Gal.l.2. de elem.

C A P. I V.

De Alimentarijs.

Alimentarij dicuntur, qui corpus nutriunt vel primario, ut sanguis, phlegma, bilis flava & alba, unde etiam primarij nuncupantur; vel secundario unde & secundarij dicti sunt, de quibus infra.

Hipp.de natura human.Gal.2.de elem. & l.de caus.morb. Hipp.l.de genit.Laur.quest. Fern.l.6.c.4.phys.

Primarios ac quasi principes respectu reliquorum quatuor hos nuncupat tota schola Medicorum humores, eo quod sint tanquam quatuor

quatuor elementa, quæ vitam & sanitatem omnibus animantibus conferant, quæcumq; sanguine prædicta sunt, Gal. 2. de elem. & licet invicem calore, crassitie, frigiditate, colore multum differant, unitamen massæ insunt, & ex chylo tandem etiam generantur, ut probat, Gal. com. 1. ad l. de nat. human. Sicut idem Gal. 1. 2. de facultat nat. & 4. de usu part. eorundem in nobis generationem exemplo demonstrat. Præterea certis quoq; temporum & annorum intervallis augmentur & minuantur, ut hinc nemini dubium esse possit, quin cum re ipsa consentiat illud Hipp. ex humoribus omnibus natum esse hominem ac nutrirī, quid, quod ab his valeat, consistat, ac egrotet homo. Hipp. l. de nat. human.

Sanguis est humor calidus, temperatus, rubicundus, in venis m. saraicis præparatus, & in epate ex partibus chyli temperatiōribus conferens.

Aristoteles 3. de hist. animal. c. 19. Fern. l. 1. pathol. c. 14.

Sanguis bifariam usurpatur. Primò pro omnibus quatuor humoribus in venis commixtis. Deinde pro puro sanguine sejuncto ab omnibus alijs humoribus, in qua significatione sanguis hic acceptus definitur, ex qualitatibus forma, materia, subjecto & modo generationis: usus eius est nutritio. Dotes eius sunt efficere hilares, euodiges, venustos ac floridos.

Pituita est humor frigidus, humidus, albus & insipidus, ex frigidiore chyli portione in Epate genitus, ut interdum coctione perfectiore in sanguinem vertatur, artus q; humectet, Græcis Φλέγμα dicitur à contrario sensu, quasi minimè uestum.

Fern. phys. l. 6. c. 6 Hipp. de' morb. l. 4. leſt. 5. Laur. Quæst. 11. oper. anat. Avicen. fen. 1. doct. 5. c. 1.

Vocatur etiam pituita ab alijs, vicarius humor, fertur enim simul cum sanguine, eo quod naturā destituatur proprio receptaculo, quo veluti reliqui expurgetur. Abundat autem hyeme, & ætate ad senectutem vergente, illos in quibus copiosior est, reddit tardos, stupidos & somnolentos. Arist. 30. sect. prob. 1. prob.

Flava-

Flavabilis χολὴ dicta Græcis, est humor calidus & siccus ex igneis chyli partibus genitus, substantia tenuioris & spumantis, coloris flavi saporis suppallidi seu amari, adjuvans suatenuitate penetrationem sanguinis per angustas venulas.

Etsi autem palam est flavam bilem alimentariam à calidiorum causarum vehementiori occurrence in bilem excrementitiam & amaram, ceterosq; humores nutritioni destinatos persistente similium causarum impetu in affinem sibi & finitimum humorem converti. Toto cœlo tamen alimentarij humores, qui invenis cum sanguine vehuntur, ab illis quos in suis concepticulis puros esse intelligentia sensuq; comprehenditur distant.

2. Ut enim minutissima portio fellis ingenti copia lactis investa eidem amarum saporem inducit, ita etiam sanguis amarabile perfusus, eiusdem sapore totus inficeretur.

3. Præterea si excrementitia bilis cum sanguine vehere iur eadem totum corpus, ut in ictero fieri solet defædaret. Tale quippiam cum non eveniat in benè habentibus non est opinio isthæc dum explosa revocanda.

Ab humore hoc purgatur sanguis, propterea natura eidem propriam sedem attribuit Vesicam nimirum fellis, quæ epatis subest, & biliē per convenientem meatum ad se trahit. Gignitur in his potissimum quorum temperamentum respectu epatis, adeoq; totius corporis siccus & calidus est: abundat verò hæc bilis æstivo præsertim tempore, & juvenilibus annis competit, gracile corpus, & amplas venas ac arterias efficit, ubi dominatur, animosq; iracundos & agiles reddit.

Atra bilis seu Melancholia, est humor frigidus & siccus, substantia crassioris & quasi fæculenta, coloris subnigricantis, saporis acerbi & acidi, ex terrestribus & crudis chyli partibus progenita.

Gal. l. de nat. facult. Hipp. l. de genit. Fernel. l. 6. phys. c. 9. Laur. c. 18. q. 36. item. cap. 22. oper. anat. Scal. exerc. 281.

Atra

Atra bilis humorum omnium est pessima, quia gignitur ex ignobilissima chyli portione. Officium eius est alimentum suppeditare crassioribus ac terreis partibus, fluidam sanguinis tenuitatem adstringere, & ventriculi actiones acerbitate sua firmare Gal. l. 5. de usu part. c. 4. abundit hic humor aut tumore, & atate declinante, Efficit deniq; illos, in quibus copiosior est macilentos, constantes, tristes & ingeniosos : hinc Aristot. Omnes ingeniosos melancholicos fuisse concludit l. 1. probl. sect. 30.

Hisce humoribus præmissis in ordine succedunt secundarij, qui ulteriore ac perfectiore concoctione exprimitur in singulis partibus producuntur, quorum numero 4. sunt. Laur. qu. 4. oper. anat. Avicen. Fen. 1. cap. de humor. Gal. 7. m. 6. Fr. Valles. l. 1. controv. c. 22.

1. Est avvuum & in exilibus arterijs venisq; continetur.
2. Est Ros, qui nondum quidem agglutinatur & adhaerescit, sed roris vice in partis substantiam diffunditur.
3. Vocatur Gluten & est cœn proximum partis alimentum illijam agglutinatur.
4. Cambium vulgo dicitur (ab antiquo Cambire quod immutare significat) & est humor in partis substantiam mutatus. Fern. l. 4. phys. c. 5.

C A P. V. De Excrementitijs.

Hucusq; expositi sunt humores τεφιμοι: supersunt τειταμα-
λυοι seu excrementitijs, qui sic dicuntur, quod à sanguinis mas-
sa segregantur, cum inepti sint ad alendum corpus Fern. l. 6. phys.
c. 9. & 3. Gal. l. med. & l. 1. aphor. com. 21.

Distinguuntur autem in utiles, inutiles. Utiles sunt flavabi-
lis, quarum illa intestinis communicata pituitosorum excremeno-

B
rum

torum excretionem adjuvat: hæc vero ex splene in ventriculum effusa actiones eius firmiores reddit. Parem quoq; utilitatem præstant reliqui humores, in suo tantum genere, ut sunt serum, saliva oris, lac, semen &c. Inutiles tandem humores illi dicuntur, quos natura ejicit & expellit, ut è pulmonibus sputum, ex ore, naribus, oculis & auribus, mucum, pituitam, lacrymas & cerumina, per intestina, vesicam, & poros cutis excrementa alvi, lotium, sudores &c. Hipp.l.4. de morb.

CAP. VI.

De Humoribus præter Natu- ram.

Expliatius hactenus ea à nobis enucleata sunt, que ad natu-
ram & affectiones naturalium humorum rectius venandas &
investigandas per quam accommodata videbantur: reliquæ itaq;
est, ut pari quoq; diligentia humores illos, quos naq; r̄bū Φύσις
vocant, perlustremus, qui vel redundant quantitate: vel alterati
qualitate, vel deniq; propriam amittentes substantiam præter su-
am naturam corpus molestiâ afficiunt, & causæ morborum fiunt.
Hipp.l.de humor. Gal.8.de Plac.Hipp. & Plat. Fernel.l.7. Pa-
thol c.1. Hipp.l.de vet.med.Fr. Valles.l.4.c.3.

Humores præter naturam sunt illi ipsi quos supranaturales
diximus, sed illic cum quadā symmetria & aequata proportione con-
siderabantur: Hic vero quatenus corrupti sunt explicantur, quo-
rum corruptio fit vel in propria substantia, sine alterius mixtione,
vel cum alterius commixtione. Sic sanguis priori modo corruptus
vel est adustus, vel crassior vel tenuior: posteriori verò modo vi-
tiosus existit. Eadem ratione pituita corrupta ex mucoso humore
vitrea, ob languefactum calorem, Acida: ob adustam putredinem,
falsa nominatur. Præterea quoq; quatuor distinctæ species flavæ
bilis à naturali statu deficientis recensentur. 1 Vitellina dicitur. 2.
Porra-

Porracea. 3. Æruginosa. 4-Glastea. Tandem atra bilis species corruptæ occurruunt. 1. Fit ex putrescente naturali melancolia, aut ex calore nimio adusto. 2. Glastea dicitur, & est velut succensa. 3. Illa est qua ex falso phlegmate provenit, cui addi potest melancholia, quam vulgo asininam vocant.

Disputatio 19. Cap. I. DE SPIRITIBUS.

DE Spiritibus, quos Hippocrates ἀνομῳα vocat deinceps ut agamus institutæ nostræ Διατεχνίου ordo & methodus nos admonent. Definimus autem Spiritum (posthabita nominis in sua significata distinctione), secundum acceptiōnēm doctrinae de spiritibus hisce elementaribus maximè convenientem & accommodatam, substantiam tenuissimam & levissimam ex subtiliore sanguinis, aut seminis portione à natura genitam, ut facultatum animalium sit vehiculum. A vicen. l. 1. de vir. cord. c. 2. Alex. Aphr. in probl. Gal. 5. de simp. fac. c. 9. & 1. Aphor. com. 15. Arist. 2. de gen. anim. c. 3. Fran. Valleriol. l. 1. c. 16. locor. com. Hipp. l. de art. & autor. l. de stat. Fer. 4. l. phys. c. 2..

Est vero spiritus duplex unus insitus sive fixus, alter influens: ille ex semine parentum ortus singulis membris à conformatiōne inharet, & est vinculum quoddam facultatum animæ cum corpore, hinc σύμφωνος Græcis dicitur, hoc est, complantatus vel congenitus: Hic verò expuriore sanguinis particula viscerum principaliū virtute generatur.

Gal. in introd. seu medic. Fer. l. 4. phys. c. 1. & l. 7. c. 10. Magir. l. 4. phys. g. Laur. c. 15. Hipp. de nat. puer. sect. 3. Scal. exerc. 280. sect. 2. Valles. l. 2. controv. cap. 9. & c. 17.

Influens spiritus triplex est, naturalis, vitalis, & animalis. Laur. quæst. 37. Fer. l. 4. phys. c. 7.

1. Quia tot etiam sunt animæ facultates, naturalis, vitalis & animalis.

B. 2

2. Quia

2. Quia tria in corpore principalia dantur membra, Epar,
cor, cerebrum.

3. Totidem quoq; sunt vasorum genera, venæ, arteriæ, nervi.
Mag. l.5. phys. c. 8.

Naturalis Spiritus (quem plurimi ex numero reliquorum
eliminant) est halitus tenuis, ex puriore magisq; aerea alimenti
portione in Epate procreatus, qui postea per venas una cum san-
guine in universum corpus distribuitur, ad naturalis actiones ob-
eundas.

Gal. l.2. de plac. Hipp. & Plat. item. l.5. Aphor. com. 53. l.
12. m.c. 5. Fern. c. 7. l.4. phys.

Vitalis spiritus est halitus tenuissimus, ex spiritu naturali
sanguineoq; attenuato, ad sinistrum cordis sinum evecto insita
cordi proprietate genitus, & ductu arteriarum, per totum corpus
diffusus.

Constant. Varol. l.1. Anat. c. 3. Gal. l.2. de plac. Hipp. &
Plat. l.7. Aphor. com. 8. Fer. c. 9. l.4. phys. Fr. Valler. c. 16. l.1.

Hunc spiritum specie, & natura non differre à vitali conten-
dunt nonnulli, noi vero contrariam opinionem applectentes, diver-
sam esse utriusq; spiritus formam & speciem asserimus, ducti his po-
tissimum rationibus. 1. Quia diversa reperiuntur corpora. 2. Quia
sunt diverse facultates. 3. Quia est diversus generationis modus.
Sed plura de his & alijs in medium proferendi commodior fortassis
nobis occasio sece offert in ipso disputationis conflictu.

Spiritus animalis est halitus purissimus, ex vitali spiritu ad
cerebrum subvecto, ab innata illius virtute productus, perq;
nervos omnibus, corporis partibus communicatus. De his suo lo-
co plura.

Gal. l. de util. respir. l.7. de plac. Hipp. & Plat. item l. 6. de
usu part. c. 17. & l.9. de usu part. c. 4. item l.1. de diff. respir. l.3.
de decret. Hipp. & Plat. ad fin. & l. de puls. usu. item. l. de caus.
respir. l. de sympt. caus. c. 2.

QUÆSTI-

Quæstiones.

1. An sanguis sit compositus ex quatuor humoribus?

Aff. Quia in quatuor, non tres (ut Turiscanus vult) secta vena
secernitur.

2. An pituita in tantum assari possit. ut Melancholici
humores, quarta species inde oriatur. R. Minime, ratio, quia ex-
rema invicem mutari nequeunt, sine medio: color pituitæ albus
& melancholice ater sunt extrema. E. in se invicem mutari non
possunt.

3. An bilis eò nigrior, quo calidior? Gal. ait, quo ni-
grior & crassior eò etiam calidior, & quo tenuior & albior minus
calida, & ratio quidem non refragatur: Nam cum finis unctionis in
bile sit atra & bilis flavæ species omnes, media sint ad eum finem,
sequitur ante atræ generationem bilem albescere non posse, sicut
nec cineres ante carbones fieri, item calor à calore induitur vari-
us, juxta varietatem passivam qualitatum actu vincentium, non
vi, alias omnis bilis calefaciens alberet, omnis enim bilis virtute siccâ
est, sicut actus bilis porracea humida est. E. agente calore nigrescat
quid, quod d' experimento constat, si ad ignem apponatur porracea, in-
dies reddi nigriorem. E. etiam intra corpus.

4. Cur melancholici humoris agens à Galeno asseri-
ritur calor immodicus, non frigus? R. quia sicuti destillati li-
quores, ubi insolantur, plus fæcis acervant, ita quoq; calor non
frigus, pro ratione alimenti, talem humorē produ-
cit. vid Gal. lib. art. med.

cap. 30.

Laus D E O.

B 3

AD



Ad
Dn.
RESPONDENTEM

Amicum meum τε πίλατον,

Altalicer Virtus tua sit, tamen altior usq;
Carpit, doctrinā concomitante, gradus.
Hinc bellum genio dignum tibi queris, amice,
Signifero ductus non sine demerito;
Res bona. Segnis agon nunquam mihi crede, tri-
umfat:

Nec bellum celebres reddit inerme Viros.
Pugna: Sed cautē, constanter, fortiter, auso
Gloria pro meritis digna brabaja feret.

Georgius Thylæus Magd.

FINIS.




Uk 662

Obra completa de Don Quijote de la Mancha

ULB Halle
005 136 865

3



1017

Ay

de ut deus eud-fratre. omnia regni dei facta.
¶ Omne offensione estate vobis exponitur. Tunc
sic ab facie et ego ex omni embus placuisse
hunc quod in vobis est sicut multis. et per

Saint Luplui und nim

¶ Ita datus me estat et agor ipi lucis
antes vos faciat. No. per omnia memorem estis
et scilicet hinc vobis prius tibi men servatis
¶ Solo aut vos facie. quod omnes vobis caput habet
est caput. it muliere ore caput vobis ipsa
¶ Omnes vobis omnes ei. qui estime vidato caput

aut caput sunt. Omnes si mulier omne a
propter non videt caput. Aut caput non sunt

¶ Num est enim ac fabulatio. Rom. si non
videt mulier frumentum. et iusta tangit
mulier frumentum. et videtur videtur caput.

¶ Unus vobis non videt videtur caput sunt. que
magis est ergo mulier. Dulci est gloriare
per. Rom. enim omnis deus mulier est mulier
per. Est enim non est auctor vobis videtur
si multi. et agere virtutem. Tunc estet videtur. et
lumen lucis sum est. videtur. et
vobis videtur. et agere virtutem. Tunc estet videtur. et

¶ Rom. enim non est auctor vobis videtur
si multi. et agere virtutem. Tunc estet videtur. et
lumen lucis sum est. videtur. et
vobis videtur. et agere virtutem. Tunc estet videtur. et

